Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dilatent. Et que extenuari fortasse impleta poterant. mag
na dispositione agitur. ut repulsa crescant. Sic quippe mor
tificari appetunt. ut iam perfecte si liceat conditoris sui fa
ciem contemplentur. sed eorum desiderium differtur ut proficiat. a tar
ditatis sue sinu nutritur ut crescat. Unde bene sponsa
in sponsi sui desiderio anhelans clamat. In lectulo meo
per noctes quesiui quem diligit anima mea. quesiui illum et non
inueni. Abscondit se sponsus cum queritur. ut non inuentus arden
tius queratur. et differtur querens sponsa ne inueniat. ut tar
ditate sua capacior reddita multiplicius quandoque inue
niat quod querebat. Unde beatus iob cum dicit. expectant .v.
mortem et non uenit ut ipsum querentium desiderium subtili ex
plicet ilico adiungit. quasi effodientes thesaurum. Omnes namque
qui fodiendo thesaurum querunt. cum fodere altius ceperint.
ad laborem instantius inardescunt. quia quo se thesauro abscon
dito iam iamque appropinquare estimant. eo in fodiendo enixius la
borant. Quia igitur plene mortificationem suam appetunt. quasi
effodientes thesaurum querunt. quia quanto fiunt uiciniores
ad finem tanto se exhibent ardentiores in opere. Laborando
ergo non deficiunt. sed magis ad usum laboris crescunt. quia quo iam
premia propinquiora considerant. eo in opere delectabilius exsu
dant. Unde bene paulus quibusdam absconditum eterne patrie
thesaurum querentibus dicit. Non deserentes collectionem nostram
sicut est consuetudinis quibusdam sed consolantes. et tanto magis.
quanto uideritis ad propinquantem diem. Laborantem quippe
consolari est persistere in labore pariter. quia subleuatio la
boris est uisio con laborantis. sicut cum in itinere comes iungi
tur. uia quidem non attrahitur. sed tamen de societate comitis.
labor itineris leuigatur. Dum itaque paulus consolantes se
in labore quereret adiunxit dicens. Tanto magis quan